

per exiguum dono deferre: quin adeo  
 le malivole in eum et hostiliter gerit:  
 ut ne ea quidem que nulli sunt sibi  
 vni obventura: christo impartiantur?  
 Num haud quaquam advertis ple-  
 rosque hominum: ne tali quidem fuisse  
 vivendi sine dignatos: quin repenti  
 morbo correpti excessisse e vita: cum  
 tibi deus et propinquis consulendi:  
 et propalandi fortunas: domui etiam  
 vniuersae disponendi: facultatem con-  
 cesserit? Quam ergo afferes: que pur-  
 gare hanc tuam possit pertinaciam  
 rationem? siquidem pro accepta gra-  
 tia dei sis beneficio abusus: longo que  
 absis intervallo: tum tua: tum maio-  
 rum tuorum fide: illi enim dum viue-  
 rent que per se cuncta venissent: ad  
 pedes apostolorum conferebant. tu  
 vero vel moriens: tuarum rerum par-  
 te egenis demanda. id que si facere ne-  
 glexeris: tamen si aliene inopie suble-  
 uatio: potior sit: dum spiritus hos re-  
 git artus: et fidentiorum facit: morti  
 tamen proximus: eade aliquid: quod  
 animi preferat magnitudinem: amo-  
 ris que erga deum: et si non immensi:  
 mediocri tamen: in iudicio sit futurus.  
 Ita fiet que si primas non fueris cum  
 agnis sedes habiturus: non parui pose-  
 sit existimari: si post eos secundas ob-  
 tinueris: nec tibi sit ad sinistram cum  
 hedis commorandum. Quod si ne id qui-  
 dem erit per te peractus: qua poteris  
 ratione excusari: quando nec dei timor:  
 neque inutilis et superuacanea: pecuni-  
 arum futura possessio: neque liberis re-  
 linquenda securitas: neque ampla illa et  
 opposita tibi et seruata venia: reddere  
 te humanum queant? Quas ob res  
 vos equidem hortari velim: ut ves-  
 tras hasce facultates: et bona: maiorem  
 in partem dum auram hanc spiratis:  
 facere que id vivendo licet egentibus  
 relinquatis. que si fuerint nonnulli adeo

pufillo animo: et abiecto: qui exequi  
 id optimum facinus minime patiantur.  
 in re tamen vigente: et vite discrimi-  
 ne: pietatem seruent. eo magis que cum  
 vitam hanc ducerent: non secus atque  
 immortales futuri his bonis fortune  
 inherebant. nunc vero certiores facti:  
 ea fuisse se conditione natos ut mori  
 antur: desinant id opinari: consulat que  
 rei sue: uti mortales. Ipse vero et si  
 graue tibi illud horribile que videbitur:  
 quod sum dicturus. dicendum est ta-  
 men: parem facito vel tuis christum  
 mancipijs: que ut per te nonnunquam li-  
 bertate donantur: ita et is in media erit:  
 vinculis: inopia: et nuditate: soluen-  
 dus. Contremisti id forte audies: vel  
 hisce percussus es verbis: quin potius  
 us si ea non egeris: magis erit contre-  
 miscendum. siquidem moriens illo con-  
 cesseris: vbi et grauiora his multo ex-  
 audies: et insanabilia tormenta specta-  
 bis. Quid tum inquires? ad quem con-  
 fugies? quem tibi in auxilium ut opem  
 ferat deposces? num Abraam? Non  
 te audiet. nunc virgines illas? ne hec  
 dem olei tibi quicquam impartient. num  
 genitorem? num proavos? non certe  
 quiuerit horum quispiam: vel si sancti-  
 monia prester: latam in te sententiam  
 soluere. Que omnia tecum animo res-  
 putati: ille et solus precandus erit et  
 exorandus: qui et scriptam in te dele-  
 re damnationem potest: et incendium  
 restinguere. quod proculdubio assequeris.  
 si inopem continuo et alimonia in-  
 ueris et amictu. ita fiet: ut hunc spei  
 plenus abscedas: et illo profectus bo-  
 nis futuris potiaris.

**C** Me in progenitorum nostrorum vir-  
 tutibus fidamus neque de eorum virtutibus  
 trepidemus



## Sermo viij.

**P**aulum et ipsi imitemur: deum quod pro suscepta nostri in hac vita cura: laudibus effera mus: nil proorsus maiorum nostrorum confisi virtutibus: cui rei in dei argumento sint: quibus cum preter eam: que spiritalis habetur: propinquitas nobis est iuncta. ita fit ut scythia quipiam: pro Abrae filio duci possit: et Abrae filius: vel scythia quouis magis credatur alienus. Nichil itaque preclaris progenitorum facinoribus confidendum. quin vel si admiranduz habeas genitorem. neque id quidem existimaueris futurum tibi aut saluti satis: aut glorie: nisi fueris et ipse illi. et vita coniunctus: et moribus. uti contra: si improbum fueris parentem nactus: nihil ex eo posse tibi vel ignominie: vel dedecoris obuentre: si te laudabiliter gesseris. Quid enim esse gentibus ipsis despectus potest: fide tamen simul ac nobis conciliatur: et necessitudine iuncti sunt: et sanguine. Quid nobis iudeis familiarius? verum eorum sunt infidelitate alieni effecti: porro propinquitas ipsa et naturalis est: et necessaria: qua omnes videmur vinculo quodam consanguinitatis connexi: quando ex Adam ducimus vniuersi ortum. neque tamen cum Ade: tum Noe tum terre ipsius que omnium est parens: habita ratione: alterutrum sumus propinquiores: et magis proximi. verum dignior illa palmarum et victorie coniunctio: vel sola esse apparet: quibus ab improbis sciungimur. Quippe cum nulla detur in terris certa propinquitas. nisi que ex conuenientia morum conciliatur. neque fratres eos dixerim: qui eodem nobis fuerint vel partu vel alio progeniti: sed qui religionem pre se et fideque tulerint nostre

non alienam. sic et christus hos dei filios nuncupat: qui contra senserint: demonum: sic inobedientie et gehenne et perditionis filij appellantur. sic inquam et Thimotheus initio Pauli filius asserbatur: cum Pauli ex sorore nepos: quia proorsus inutilis: et si natura propinquior: quod fuerit nomen sortitus: haudquaquam satis constet: ille vero non minus sanguine ab eo distaret quam loco: vix pote qui listrensis cuius fuisse. alioquin ad Pauli supra omnes propinquitatem admittitur. Efficiamur itaque et nos sanctorum filij: quin immo dei ipsius. Quid autem sit dei filios fieri: audi quid christus dixerit. Estote perfecti: sicut et pater vester qui in celis est. Idcirco inter precandum patrem hunc appellamus: ut non solum eius in nos gratiam: quin et virtutes: memoria repetamus: ne forte ea quippiam necessitudine indignum gesserim. Dicit aliquis. Quoniam nam pacto effici dei filij possumus? his profecto effici potest qui omni sit vitio vacuus: qui ve in se lacessentes iniuria mansuetudinem preestet. sic enim et pater tuus: erga eos se gessit: qui se maledictis incesserant: unde cum nos multa et plurimis locis commonefaciat: nusquam id infert estote patris vestri similes: nisi cum diceret. Orate pro persecuentibus vos: benefacite vos odientibus. illud etiam tanquam palmam adiecit: nihil enim vos deo tam proximos facit: quam bene de inimicis mereri. eo et Paulus cum dei nos imitatores fieri oportere asserit: in eandem concedit sententiam. Quippe cum necessarie virtutes sint: et ea precipue que cunctarum est maxima: pietas et mansuetudo. cumque et nobis plurimum opus clementia sit: quotidie delinquentibus: eandem in ceteros prestemus



necesse erit. cuius elemētie vel exiguitas vel magnitudo: nō donoz quantitate: sed exhibentis potentia: et rei familiaris neruis metitur. Idcirco ne q̄ opulentus efferatur: q̄ multis: ne q̄ pauper animo concidat: q̄ paucis: quēpiā donet. siquidē loci: plerē pauper: largitionibus plerūq̄ excessit: ne q̄ ex modicis facultatibus: miserū se aut infelicē existimet. Solent enī res parue facere nos ad stipem erogandā prōptiores. multiplex vero r̄ abūdās possessio: et bonoz fortune diffidētia et rem familiarē augendi: imoderata libido: homines faciūt tenaciores. cuius diffidentie r̄ cupiditatis tyrannide liberat: qui pauca possidet. ita ut plures ei ad bene agendū occasiones offerantur. nā et carcerem adibit facilius: et valitudine affectos reuilet. et ciathum porriget aque gelidioris: q̄ proculdubio diues quispiā facere dei dignabitur: utpote qui pre diuitijs intumescat. Ne itaq̄ erit tibi ob inopiā desperādū q̄n ob eam tibi vel celi patibunt: quinetiam: si nil habeas: anio tamen fueris clemētior: merces te v̄ ex eo manebit non exigua. Caprop̄ et Paulus flendum esse cū flentibus r̄ vinctis conuinciri oportere: iniunxit. non enim solum gemebundos et mestos: verum et reliquis calamitatibus circūuentos: multozū fletus r̄ dolor: nōnullā in partez solatur r̄ iuuat: adeo ut nō minus p̄sepe animis collapsi verbis: q̄ pecunijs subleuētur: eo q̄ et dei iussu pecunie egestatē patientibus erogantur: ut non solū illoz leuetur iopia: sed etiā nos ad proximoz tū mala cōmiserandū instruet. ad q̄ r̄ auar⁹ odibilis est et inuisus: q̄ nō solum egenos contemnat. sed q̄ inhumanitate deuincitur: et inopum miseris seuiēdo permulcetur: quem admodum contrā: qui pecunia in opē sub

leuando: aspernatur: omnium iudicatur amore dignissimus: q̄ se misericordem prestiterit et humanum. Deus preterea pius et clementes: non eos solum qui egenoz: pecunijs iuuerint verum et qui animo fuerint ad cōmiserationem facili: extollit ac beat. Exhibeamus itaq̄ istiusmodi ad miserandum promptitudinem. hoc pat̄ do nos et reliqua bona consequētur. Nam qui mente fuerit ad pietatem p̄cluior: vel quibus affluet: pecunias: funder: si calamitatibus quēpiāz viderit afflicti: congemiscet: si oppresum irialico aderit: si diuerari manū porriget: utpote qui sit bonozū omnium thesaurum consecutus: mentez scilicet clementem ac piam: e qua scaturire omnia constat: que ad proximis faciant vtilitatem. ita ut in posterum sit premia a deo seruata habiturus: que ut vendicare possimus: animus nobis erit: tum ad humanitatem: tuz ad mansuetudinem disponendus. ita fiet ut q̄dū in hac vita esse licebit: r̄ benefactis abundemus: et palma dei in ceptis nobis seruata fruamur.

**C**ontra desperationem et superbiaz peroptime consulens

**Ser. ix.**

**S**i quis natura in mentis vilitudinem incidit: culpa vacabit: qui vero eam vltro incurret: r̄ venia priuat: r̄ supplicio q̄dā maiori afficietur. cuiusmodi sunt q̄ p̄parata sapientia elati: plurimuz sibi prudentie arrogāt: et in desperationē q̄ndā collabunt: extremā. si q̄dē nullate magis q̄ despatione ipsa desipim⁹. Idcirco r̄ p̄pheta demonū p̄ncipem barbaz illū: istiusmodi verbis appellat. Stult⁹ aut̄ stulta loq̄tur: ut q̄ ei⁹ insipientiam suis ex dictis perdiscas: